

tasse huius ipsius diptychi particula nunc extat Berolini, a. 1875 Treviris ad S. Paulini reperta, cf. *infra*. — Praemittitur in lapide h(ie) iacet, scilicet ut titulus sepulcralis fieret et pertinere crederetur ad Constantium patrem Constantini, quem Treveris sepultum esse antiquarii Treverenses medio aevo crediderunt (*idem* matrem Constantini Treveris oriundam fuisse finxerant); cf. ‘*Gesta Treverorum*’ c. 18 Mon. German. scr. 8 p. 151. Revera titulus pertinuit ad Constantium, maritum Gallae Placidiae, secundo consulem ordinarium a. 417, postea Augustum (cf. *supra* N. 801). — 1) Elius Cstancius lapis (*pro* Fl., quod in ebore fuisse putandum est, legerant El., *idque de Aelio acceperant*), deinde reliqua scribebant ita ut tunc scribere mos erat. — 2) VR ČSILARIS lapis (v. c., quod in ebore fuisse videtur, male intellexerant). — 3) MAGIST̄ lapis (*utrum mag. an magister fuerit in ebore incertum*). — 4) ĀQ PARICIVS T. SCDO lapis; ... q. (*sic Graeven* vel ... o (*sic Bohn*) patr. et et secundo ... superest in tabella nunc Berolini adservata, Treveris reperta (XIII 10032, 12), quam partem fuisse huius ipsius diptychi putat Graeven.

8993 Procop. Anthem.¹ Ant. fil.²

Diptychi eburnei pars dimidia, extabat Limoges (XIII 10032, 4 ad imaginem confectam sacc. XVII vel XVIII, quam repetivit Villefosse bull. archéologique du Comité des travaux hist. 1884 tab. VII cf. p. 307). — 1) Videtur esse Anthemius consul a. 455 (cum Valentiniano octavum), ab a. 467 ab a. 472 imperator Occidentis, Procopius Anthemius dictus in nummorum parte. — 2) Ant. fil. obscurum (fortasse non recte exceptum). *Anthemii filius, interpretatur Villefosse gazette archéolog.* 9, 1884 p. 122, referens ad Anthemium consulem orientalem a. 515, quem Anthemii imperatoris filium statuit.

8994 [M]essi Phoeb. Sever[i] . . .¹

In parte aversa tabulae eburneae, in cuius parte adversa est anaglyphum aetatis Carolingiae (vidi imaginem photographicam quam a. 1909 Ad. Goldschmidt misit Hirschfeldio). — 1) Est Severus consul a. 470, cf. *supra* N. 5634.